


AÑO XLI.—JUEVES 19 DE NOVIEMBRE DE 1896.—NÚM. 35.



BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO DE LA DIÓCESIS DE SEGOVIA.

La publicación de este BOLETÍN tendrá lugar los días que S. E. I. lo determine y las necesidades del servicio lo exijan.

SUMARIO.—Circular anunciando órdenes.—Decretos de la S. C. de Ritos.—Otros de la S. C. de Indulgencias.—Otro de la S. C. de la Inquisición.—Suelto de la Revista de la *Sociedad Económica Segoviana de Amigos del País*.—Necrología

OBISPADO DE SEGOVIA.

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

CIRCULAR NÚM. 8.

Siendo Dios servido, conferirá nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado órdenes generales menores y mayores en los días 18 y 19 del próximo mes de Diciembre, témperas de Santo Tomás.

Han de presentar los aspirantes sus solicitudes y

los demás documentos, según lo prescrito en las circulares núm. 9, de 4 de Abril de 1891 y núm. 10 de 27 de Diciembre de 1893, antes del día 1.^o del referido mes de Diciembre.

El día 4 del mismo mes tendrá lugar el Sínodo en que han de ser examinados y entrarán en ejercicios espirituales el día 9.

A las doce del día 18 se pasará lista en esta Secretaría á donde todos deberán concurrir para enterarse de si están admitidos y recibir instrucciones.

Segovia y Noviembre 16 de 1896.

Dr. Bartolomé Rodríguez y Ramírez,
Arcipreste, Secretario.

DECRETOS DE LA S. C. DE RITOS

*sobre dos misas cantadas de un mismo santo en un
mismo dia en la misma Iglesia.*

DECRETUM.

Cum per plura particularia Decreta jam alias edita Sacra Rituum Congregatio declaraverit in eadem Ecclesia eademque die, plures non posse cantari Missas de eodem officio; in præsenti ut plurium votis satisfaciat opportunum ac propemodum necessarium judicat ulterius declarare quemadmodum reapse declarat: Plures Missas de eodem Sancto vel Mysterio eodem die atque in eadem Ecclesia prohibitas, illas esse, quæ, præter Conventualem nunquam in Collegialibus Ecclesiis omittendam, in officiatura chorali concinuntur, vel aliquam cum

eadem relationem dicunt: Qua propter præfatas Missas sive ad petitionem viventium, sive ex fundatione dummodo ante vel post absolutum chorale officium, ac sine ulla cum eo relatione concinantur, non esse vetitas. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30 Junii 1896.

Utrum feria V in Coena Domini in Missa Pontificali Presbyter et Diaconi asistentes, Canonicus baculum sustinens, pluviali paratus, et Subdiaconus, si sint presbyteri, stolam assumere debeant priusquam de manu Episcopi communionem accipient; an potius ad sacram Synaxim teneantur accedere iisdem tantummodo paramentis, quibus utebantur ab initio Missae?

—Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Utrum consuetudo qua simplex sacerdos vel canonicus Missam solemnem celebrans, concionatorem, qui post Evangelium praedicat, benedit, servari possit?

—Affirmative juxta alia Decreta.

Utrum feria VI in Parasceve retineri possit consuetudo in adoratione Crucis, ut ille, qui adorationem peregit, non recedat facta cruci genuflexione unico genu, sed ter genuflexionem faciendo utroque genu?—Rspcio.—Post adorationem et osculum sanctae crucis celebrans, ministri, clerus et populus surgant, genuflectant unico genu et redeant ad propriam sedem.

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 10 Maii 1895.

CAI. Card. ALOISI MASELLA, S. R. C. PRAEF.—L.  S. ALOSIUS TRYPEPI, *Secretarius.*

Gerunden.

«Sacerdos Michael Camos, Confessarius et Capellanus Monialium Cisterciensium Monasterii de Chattnis Civitates et Dioeceseos Gerundensis, sequentium Dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime flagitavit: Quum juxta Rituale Cisterciense. Communio et Extrema Unctio administrandae sint infirmis cum alba et stola et pro ipsarum Communione afferri debeant in Calice tot Particulae, quot sunt infirmae communicandae, ac praeberi ultimae communicatae, aut projici in ignem, vinum et aqua ablutionis Calicis, quaeritur.

I. Utrum quando Sacerdos saecularis administrat praefatis Monialibus Sacraenta teneatur servare rituale Cisterciense, an potius uti debeat Rituali Romano?

II. Si servandum sit Rituale Cisterciense, permittitur ne saltem adhiberi superpellicem loco albae et pro Communione loco Calicis Pixidem cum pluribus Particulis, juxta Ritum Romanum?

III. Utrum in traslatione cadaverum Monialium et loco superiore Mnasterii ad Chorum inferiorem et in earum exequiis, exclusa Missa Conventuali, servari possit Rituali et Missale Romanum juxta consuetudinem vigentem?

Et Sacra et eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisito voto alterius ex Consultoribus ipsius Sacrae Congregationis, propositis Dubiis respondendum censuit:

Ad I. *Sacerdos saecularis de quo in casu, debet uti Rituali Romano.*

Ad III. *Affirmative, dummodo lex clausurae in ejusmodi traslationibus non violetur.*

Atque ita rescripsi. Die 8 Maii 1896.—C. A. J. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Praefat.—ALOISIUS TRIPEPI, Secretarius.

URBIS.

Nonnulli Kalendariorum redactores á Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutionem supplicibus votis efflagitarunt, nimirum:

I. An in Officiis votivis inter se concurrentibus Vespere dividendi semper debeant juxta peculiarem Rubricam, vel considerare potius debeat ratio dignitatis juxta decretum *Eulgato* die 14 Augusti 1894?

II. An privilegium, quod Rubricae Generales Breviarii tribuunt Octavis Festorum Domini et Deiparae, ut nempe illae cedant tantum in concursu duplicibus secundae classis, istae vero solis duplicibus majoribus, intelligendum sit de solis octavis ad Festa primaria pertinentibus, an de octavis quibuscumque?

III. Dies octav. Festorum primariorum, Archangelorum. S. Joannis Baptiste, S. Joseph, et Ss. Apostolorum, suntne judicandi digniores in ordine ad praelationem, in concursu cum aliis duplicibus minoribus?

Et Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad I et II. *Affirmative* quoad primam partem. *Negative* quoad secundam.

Ad III. *Affirmative*.

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.—CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA. S. R. C. Praefect.—ALOISIUS TRIPEPI, *Secretarius*.

S. CONGREGACIÓN DE INDULGENCIAS.

DECRETUM.

Calcedonius Mancini Presbyter Congregationis Missionis et Redactor «Ephemeridum Liturgicarum» duorum inseguen-

tium dubiorum a Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquis praeposita solutionem humiliter postulat.

I. An in Sabbatis Quadragesimae, in quibus Vesperae anticipantur ante meridiem, oratio «Angelus Domini» ipso in meridie recitari debeat stando, ut recitatur stando antiphona finalis Vesperarum, an potius flexis genibus, ad indulgentias lucrandas?

II. An juxta normas praescriptas a Sylloge authentica Orationum et piorum Exercitiorum edita a S. Cong. Indulgentiarum anno 1886 decreto diei 21 Maji, ad lucrandas Indulgentias Sabbato infra Octavam Pentecostes recitanda sit, meridie, oratio «Angelus Domini» vel antiphona «Regina Coeli»?

Et in plenaria Congregatione diei 5 Martii 1896 in Aedibus Vaticanis habita. Patris Cardinales responderunt:

«Consulendum SSmo. pro opportuna declaracione quoad utrumque dubium.»

Die vero 20 Maji ejusdem anni in Audientia habita ab infrascripto Cardenali Sac. Congr. Praefecto, SSmus. D. N. Leo Papa XIII benigne declaravit: in Sabbatis Quadragesimae orationem «Angelus Domini» meridie, recitandam esse stando: Sabbato vero infra Octavam Pontecostes, meridie, recitandam esse antiphonam «Regina Coeli.»

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis, die 20 Maji 1896.—ANDREAS CARD. STEINHUBER, Praef.—A. ARCHIEP., NICOPOL., Secretarius.

*
* *

MONTIS POLITIANI

Episcopus lucratur et ipse plenariam indulgentiam quam impertit Fidelibus, nomine SSmi.

Episcopus Montis Politiani huic S. Congni Indulg. sequens dubium solvendum proposuit:

Num plenariam Indulgentiam lucrandam a christifidelibus

Benedictionem nomine Summi Pontificis recipientibus à respectivis Episcopis, lucrari valeat et ipse Episcopus qui eram impertit?

Et Emi Patres in Congregatione generali ad Vaticanas Aedes habita, de Indulgentia Plenaria adnexa Benedictioni Papali lucranda ab Epo. eam elargiente responderunt:

Affirmative. Facto verbo cum Ssmo. Et SSmus. D. N. Leo PP. XIII in Audientia habita ab infrascripto S. Congnis Praefecto, die 20 Maii 1896, responsione Emorum Patrum benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congnis, die 20 Maii 1896.
— ANDREAS CARD. STEINHUBER, S. C. Praef.— L. † S.— ALEX. ARCHIEP. NICOPOL. S. C. Secretarius.

S. R. UNIV. INQUISIT.

Licet uti butyro, quoties datur usus adipis

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis, habita fer. IV die 13 Maii anno 1896, Emi. ac Rmi. DD. Cardinales Inquisitores Generales sequens dubium expendum suscepserunt.

«Utrum diebus jejunio consecratis, in quibus Apostolica venia usus condimentorum ex adipe indulgetur, butyro quoque per modum condimenti uti liceat».

Atque sedulo omnibus perpensis, habitis etiam prae oculis latis antea a S. Sede hac super re decisionibus decreverunt: «Supplicandum Ssmo. pro gratia».

Sequenti vero fer. VI die 15 ejusdem mensis SSmus. D. N. Leo Div. Prov. PP. XIII, in audientia r. p. d. Adsessori S. Off. impertita, benigne annuere dignatus est progratia juxta Emorum. Patrum suffragium.

Jos. MAUCINI, S. R. et Univ. Inquis Notarius.

La Revista de la Sociedad Económica Segoviana de Amigos del País, en su núm. 8.º de 12 del actual, dice lo siguiente:

«LO CELEBRAMOS.

Por consecuencia de la conferencia celebrada entre el Exce-
lentísimo é Ilustrísimo Señor Obispo de la Diócesis y el Presi-
dente de esta Sociedad Don Francisco de Cáceres y Tomé, usando
éste del voto de confianza que la Junta General le confirió en
sesión del día 27 de Octubre pasado y mediante reciprocas
explicaciones acerca del incidente surgido con motivo del
oficio con que S. E. contestó á la comunicación que se le diri-
giera, solicitando su cooperación para el certamen público que
tuvo lugar en Junio último, ha quedado resuelto aquel inciden-
te y reanudadas, con beneplácito de todos, las cordialísimas
oficiales relaciones que siempre existieron entre la autoridad
Eclesiástica y la Sociedad Económica Segoviana de Amigos del
País.»

También nosotros lo celebramos.

NEGROLOGIA.

El dia 4.º del corriente falleció el Sr. Cura Párroco de
Aldealcorbo D. Santiago Mesonero Villa.

El dia 10 del mismo falleció igualmente, después de haber
recibido los Santos Sacramentos el Sr. Cura Párroco de Abades
D. Antonio Pereira Santillana, el cual pertenecía á la Her-
mandad de sufragios mutuos del Clero con el núm. 293.

R. I. P.